N. 168.

CURRENDA I.

A. D. 1864.

N. 7 pr.

De observatione jejunii quadragesimalis, nec non de occupatione Ven. Cleri ac populi fidelis spirituali, sub tempore quadragesimae.

Primam anni ecclesiastici partem (Adventum) haud ita pridem inchoavimus cum Capitulo: *Fratres! hora est jam nos de somno surgere... Nunc enim proprior est nostra salus, quam cum credidimus...* Rom. XIII. Huic eloquio obsecundantes Fratres in Christo Dilecti! mane surgebatis ad preces et ad Missam „*Rorate*“ et quasi ad tempora expectationis 4000 annorum, ad ætatem Patriarcharum ac Prophetarum translati suspiria emittebatis fervida: *Rorate cœli desuper et nubes pluant justum.... apperiatur terra et germinet Salvatorem.....*

Porro ne quempiam nostrum lateret, quid nos, quid populum fidelem sub *Adventu* agere oporteret, Ecclesia sancta quotidie in os nostrum ingerebat ad **Laudes:** *Parate vias Domini*; *rectas facite semitas Ejus.* Præparabatis sane, ut confidimus, tum Vosmet Ipsos, tum alios et jejunio et oratione, instructione, confessione ad *quadruplicem* Domini adventum; ad adventum Ejus cum varii generis benedictionibus; ad adventum sub tectum nostrum in sacra synaxi; ad adventum pro judicio quotidie iminenti... particulari, nec non pro dissitiori.... universali. Ter quaterque beati, in quorum cordibus Christus ad festa Nativitatis Suæ nasci dignatus est; talibus enim concessa erat gratia, Natum hymno „*Gloria*“ angelico condigne conglorificandi *nocte* et postmodum anuiversaria illius noctis *sacratissimae*, „*dum medium silentium tenerent omnia et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo Domini a regalibus sedibus* (per Angelos) *venit* &c.... gratia Eum cum pastoribus in præsepio (interiori), cum Magis ingenue adorandi, muneraque in canticis piis, eleemosyna... grate offerendi... amore perpetuo et gratitudine infinita prosequendi.

Quo magis erga Jesum ob salutem totius mundi natum congruis affectibus accendamur, ecce Ecclesia sancta festo S. Stephani Levitæ benedicendo *avenam*, festo S. Joannis Evang. *vinum* et festo 3 Regum *aurum*, *thus* et *myrrha...* spiritui nostro in memoriam revocaverat, Ipsum non solum redemptionem animabus nostris attulisse, verum creaturas quoque in usum Nostrum concessas, animatas et inanimatas... a maledictione liberasse... *Asinus* et *bos* calefacientes Infantulum — repræsentant regnum animalium; *vinum*, *aurum thus* et *myrrha* regnum vegetabilium, et fossilium....

Pro animalibus igitur domesticis, quæ aut cibum præstant nobis aut varia servitia, benedicitur *avena*, *ut ajutorium sanitatis et incolumitatis recipiant...* propter nos, quam afferunt levitæ, famuli pecora foventes, pro benedictione... Utinam Christiani ex hoc quoque respectu *lenitatem et curam* congruam erga animalia exhiberent!

Gustantes *vinum* excitabamur ad charitatem S. Joannis Evang. erga Incarnatum reportantes aut cernentes benedictum *aurum, thus &c.* adorabamus Deum, regem, sacerdotem, hominem in Christo sub gratiarum actione pro tantis donis — et suplicatione, ne rediremus ad Herodem, sed alia via secura in patriam, redimentes eleemosyna &c peccata nostra.

Benedictionum harum 2. effectus pro illis, qui ejus digni reperiuntur, in formulis benedicendi respectivis exprimitur.

Verum enim vero non diu Mater Ecclesia in celebratione tantorum gaudebit festorum; mox lugubrem induet vestem ob passionem mortemq. sui Sponsi — ob multiplices deviationes filiorum suorum ceu causam tum passionis tum mortis atrocissimae Illius. Rursus alia pars anni major, nimirum periodus 40. dierum, *tempus quadragesimale* mox ingruet, sub quo 40. dies fervidiore oratione, devotione, exstimulatione, jejunio ac eleemosyna, insumamus, quo certius e peccatorum somno cuncti resurgamus, ac lætabundi festa Resurrectionis dein celebremus. Mox eadem Ecclesia ad *Sextam* Dom I. Quadraq. clamabit. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* 2. Cor. VI. et rursus in Capitulo ad Vesperas secund. Fer. II. *Inter vestibulum et Altare plorabunt sacerdotes ministri Domini et dicent: Parce Domine! parce populo Tuo: et ne des hæreditatem Tuam in opprobrium.* Ioel. II. postquam in primo jam Capitulo Vesperarum ante Dom. I. quadraq. verbis Apostoli gentium II. Cor. VI. Vos allocuta fuerit: *Fratres! hortamur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te et in die salutis adjuvi te....* gratiam utpote intercedendi offerendiq. pro se ac populo; gratiam se aliosq. salvandi jam instructione et ædificatione; jam Sacramentorum administratione et quo alacrius eam abundare faciamus, Deus misericordiarum rogatus exaudiet; adjuvabitque, *imo angelis suis jam mandavit, ut custodiant in omnibus viis...* quam appromissionem Fratres Dilectissimi! quotidie ad *Vesperas et Laudes* quadrag. in memoriam revocabitis. Ecclesia circa salutem nostram solicita, Hymnum ad *Vesperas* et *Matutinum*, Capitula, Versus; Orationes sub tempore hocce ejusmodi suppeditat, quæ nos omni dubio eximunt, quid petamus, quidve agamus *hocce tempore acceptabili, hisce diebus salutis.*

Antequam Mater nostra nos in desertum solitudinis pro expiandis et deponendis prævaricationibus... perduxerit, nobis adhuc concedit 3 dies salutis, quibus memoria quietis Crucifixi in sepulcro per 40 horas recolatur, sacra Eucharistia publice in Ecclesia per totidem horas exposita adoretur, christiana plebs a bachanalibus revocata, sacramento pœnitentiæ a culpis expiata ac sacro Domini Corpore refecta ad Dei dona capessenda, ad pacem et tranquilitatem, ad regnorum prosperitatem, ad gratiam perseverantiæ in tramite pœnitentiæ et virtutis per integrum 40 dierum spatium consequendam... aptior fiat.

Assuescat populus ad sæpius Sanctissimum Sacramentum visitandum. Non habet amaritudinem conversatio Ejus. Vocate populum verbis: Veni ad Deum absconditum, dum laboras et oneratus es, ipse te reficiet; veni ad fontem aquæ salientis in vitam æternam; effunde coram Jesu cor tuum; adora, age gratias, pete, dole; benefac animæ tuæ. Venient tibi jam

hinc interim momenta, quibus cum Petro es dicturus „Domine! bonum est nos hic esse“ (Marc. 9, 4.) donec tandem inhabites in domo Domini omnibus diebus vitæ tuæ, et torrente voluptatis poteris in æternum. Insistat populus hoc faciens vestigiis S. Aloysii, S. Francisci Assisiensis, S. Francisci Regis, aliorumque plurimorum Sanctorum, qui coram hoc Sacramento jucundissimas duxere horas.

Pro tantis gratiarum diebus conceduntur aut 3. Dominicae: *Septuag. Sexages*, et *Quinquagesimæ*, aut 3 ultimi ante diem Cinerum dies, aut demum pro tribus *unus* tantum, i. e. *Feria V.* infra heb. *Sexagesimæ.* Ven. Clerus præprimis hisce calamitatum momentis devotionem hanc solenniter celebrare, confessionesque fidelium diligenter excipere et eo modo viam ulteriori devotioni ac poenitentiæ sternere sataget.

Post ejusmodi digressum, jam de scopo jejunii, de populi instructione et devotione, de administratione Sacr. Poenitentiæ et Eucharistiæ quidquam in medium proferatur oportet. Sed hoc sub respectu relegamus iterum ad Encyclicam de 1. Feb. 1849 N. p. 53; ad Currendas ex A. 1850, 1851, 1853, 1854 ut verbis breviores esse valeamus. Hæc breviora sunto.

a) Feria IV. post. Dom. *Quinquagesimae* devotionem benedictionis, impositionisque cinerum, ac processionem condigne celebrate; *Lectionem* et *Evangelium* pro hac die destinatum enucleate.... et exinde simulque ex Antiphona 1, *) quam Chorus sub impositione Cinerum cantat, argumentum pro modo transigendi salubriter tempus 40 dierum depromite. Cineres *benedictos* non solum qua symbolum humilitatis et poenitentiae ac jugis mortis memoriae &c. verum ceu *sacramentale* quoque populo deprædicate. Horum cinerum aspersione contactis, exoratur gratia Ninivitarum compunctionis, et peccatorum venia, proemiorum abundatia, remedium militiae Christianae contra spirituales nequitias....

b) Jejunium *strictum*, quod non tantum in *abstinentia* a carnibus per 40 dies, sed in *restrictione* quoque ciborum jejunalium, in *una* per diem *saturitate* (præter Dominicas 6) consistit, nomine ecclesiae inculcate. Rudiores, famulantes praecepto huic satisfieri autumant, si cibos capiant jejunales, etsi cum *trina* per diem saturitate. Hocce praejudicium jam in suggestu jam in Confessionali exstirpare satagite.

c) Dispensationem *ab usu carnium* merentur infirmi, pauperes in urbibus, quibus cibi jejunales essent pretii majoris, aut alii e gravibus motivis. Talibus Parochianis Curati, Curatis Decani; Decanis, Claustralibus Ordinariatus gratiam dispensationis ob gravia rationum momenta elargientur, pro qua tamen ut alia pia opera: preces, eleemosyna &c. persolvantur, sedulo agite.

d) Pro excitatione ad strictum jejunium, saluberrimos ejus effectus enucleate. Eos in Praefatione quadragesimali decantatis: *Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et proemia...* quos aliis verbis celebrat S. Chrysostomus in homilia de jejunio: *Jejuna, quia peccasti; jejuna, ut non pecces; jejuna, ut accipias; jejuna, ut permareant, quae accepisti...* Servate jejunium, quod ad celebrandam Christi 40 dies jejunantis, orantis, meditantis, certantis ac dein patientis memoriam, ad agendam pro peccatis

*) Antiphona ita sonat: „Immutemur habitu, in cinere et cicilio: jejunemus et ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster“.

poenitentiam, ad comprimenda vitia, ad mentem animumque piis meditationibus ac sanctis operibus magis adaptandum, ad impetrandam uberiorem Dei opem, ad quosdam dies festos sanctius agendos est institutum. Fulta enim auctoritate utriusque Testamenti, jejunii legem tulit Ecclesia. Illud tanquam utilem ad recipiendas divinas illustrationes gratiasque praeparationem Moyses, Elias aliique Prophetae, sanctique viri adhibebant; tanquam rem gratam Deo Angelus Tobiae praedicabat, Christus per 40 dies jejunans commendabat, et Apostolus Paulus in jejuniis multis exercitatus verbo & exemplo inculcabat.

e) Quadragesima non solum jejunium corporale ceu piaculum a nobis exigit, sed præprimis jejunium *spirituale.* Tale jam Dominus in Vet. Fœdere per Isaiam postulabat, ubi Isai. 58. 3. 8 ait: *Numquid tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam (corpus)? Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos et omne onus dissrumpe. Frange esurienti panem tuum &* Chrisostomus rursus ita concionatur: *Jejunantem ante omnia oportet iram refrenare, mansuetudinem et lenitatem addiscere, habere cor contritum, absurdas concupiscentias repellere, ante oculos continuo proponendo oculum æterni Judicis et tribunal illud incorruptam, pecuniis superiorem esse et illis dominari, liberalem esse in danda eleemosyna, nullum malum adversus proximum in hoc admittere.*

Ruricolæ jejunium corporale præter saturitatem &c. scrupulose quidem observare cernuntur, ast non tales eos deprehendimus quoad jejunium spirituale. Haud scire reputantur. quod *quadragesimale tempus*, ceu periodus 40 dierum constitutum est, sub qua et statum moralem sedulo conscientiæ examine indies magis cognoscere, iniquitates cum Petro et Magdelena deflere, propositum revertendi in sinum Patris firmum concipere, propositum fugiendi occasiones... arripiendi arma contra salutis nostræ hostes; reparandi damna aliorum innocentiæ, famæ aut substantiæ illata — exsolvendi debita, condonandi injurias... continuare imo exequi satagant.

Objicitur plebiculæ laboris tædium; durities cordis erga pauperiores, aut inferiores; iracundia, maledictio frequens, multiplex substantiæ aliorum læsio aut neglectio absque intentione seria restituendi aut resarciendi oblata aut reperta, a furibus empta, dolo aut processu iniquo subrepta... proclivitas ad excessum in vino aut cerevisia ob crematum abjuratum, verum e contra tenacitas in contributione ad instituta publica... aliis laxitas in reverentia et obendientia erga utramque Potestatem; luxuria, prodigalitas, quæ cuncta sub sacrato hocce militiæ spiritualis spatio abjurare et reparare invitantur a s. Matre Ecclesia.

Ejusmodi in via salutis exercitatio... dignos solummodo reddit jejunantes, ut cum fiducia instar filii prodigi accedere audeant ad sacrum Tribunal et ad mensam Domini.

Tanta populi fidelis salus manibus Ven. Cleri rursus concredita est. Quare ad quemlibet populi magistrum, prout olim ad Isaiam Pater desertus et despectus... mandatum dirigere putetur his verbis: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum* VIII. Hoc in negotio ita ordinate populi et juventutis instructionem, ut *die Cinerum* de jejunio, et subsequis VI. Dominicis de V. Poenitentiæ conditionibus ac de S. Communione mane pro adultis et a meridie in templo, in excursionibus, etiam per hebdomadem pro juventute verba faciatis ac insuper con-

cionem de Passione post devotionem „Gorzkie żale“ dicatis energicam.

Historia filii prodigi a Salvatore Nostro ceu norma conversionis relicta... concionatoribus ubera ad palestram conversionis suppeditat momenta.

f) Gravissimus adhuc labor humeris Vestris Dilectissimi in Christo Fratres! incumbit... *administratio* utpote **SS.** *Pœnitentiae* et *Eucharistiae.* Jejunio et oratione sanctificati, scientia et prudentia et patientia exornati, cum tremore considete in Tribunali sacro... et cum reverentia angelica panem cœlestem distribuite. Si tempus permiserit, ante Confessionem et Communionem fidelium verba *praeparatoria* dicatis; *preces* ante et post Communionem præscriptas aut Ipsimet cum mora et gravitate recitate aut recitari facite.

Laborem prædicationis et confessionis precibus fulcite, ut convertantur Ninivitæ, prodigi filii et super conversis lætentur Cœlites.

g) Ne *sal*, quo condiendi sunt homines, *infatuetur*, ***Recollectiones*** ante Confessionem paschalem vel singilatim vel junctim, instituere oportet, ut dein obfirmati, purgati et justificati Pascha cum gaudio manducare valeatis.

h) Matutinum tenebrarum &c. juxta Ecclesiæ Rubricas solenniter in templo persolvendum... ac *ritus*, hebdomadis magnæ prævie populo illustrandi commendantur.

Transacto hunc in modum mortificationis emendationisque tempore, cum lætissimo *Alleluja* non tantum memoriam Resurrectionis Salvatoris nostri, sed etiam suam a peccatis resurrectionem parochiani una cum Pastore exultantes celebrare... ac viriditatem animæ suæ sub reflorescente natura externa gaudentes conspicere valebunt.

Dabamus in Palatio Eppali. Tarnoviæ in Octava Epiphaniæ 1864.

N. 4167 ea A, 1863.

Marca 50 x. pro Litteris fundationalibus requiritur in 2 exemplaribus.

Lex Civitatis tymbrum pro Litteris fundat. (Stiftbriefe) quæ sæpissime exarandæ sunt, præscribens in 50 x. pro quolibet exemplari marcando, jam publicata legitur in Cur. schol. XV. ex A. 1862 sub N. 3798. Quoniam tenor ejus oblivioni plurium traditus esse videtur, idcirco in subsequa Dilucidatione C. R. Provinc. Financ. Directionis Cracov. republicatur et simul emensuratio quanti procentualis a summa fundationis indicatur.

„20233. Note. Mit Bezug auf die schätzbare Zuschrift vom 12. v. Mts. Z. 3562 beehrt man sich dem Hochwürdigen Konsistorium zu eröffnen, daß die von dem Stifter selbst ausgefertigten Stiftsbriefe nach T. P. 96. lit. a der mit dem Gesetze vom 13. Dezember 1862 geänderten Tarifsbestimmungen der fixen Stempelgebühr pr 50 kr. und Akzeptations-Stiftsbrief oder die Erklärung des die Stiftung annehmenden Priesters nach T. P. 102 II. b. gleichfalls der fixen Stempelgebühr von 50 kr. ohne Rücksicht auf die zur Stiftung bestimmte Kapitalssumme unterliegen.

Beide gedachten Stiftsbriefe sind daher gleich bei der Ausfertigung mit Stempelmarken von 50 kr. von jedem Bogen zu versehen und letztere zu überschreiben.

Uiberdies muß von dem zur Stiftung gewidmeten Vermögen nach T. P. 96 lit. b. die in dem T. P. 91. B. und 106. B. festgesetzten Perzentualgebühren bemessen und zu diesem Behufe die Gründung einer Stiftung dem Steueramte angezeigt werden, dagegen bleibt die Stiftung nach Anmerkung 3 zur T. P. 106. D. und §. 16. Z. 4. des Gesetzes vom 13. Dezember 1862 von der ihr nach T. P. 106 D. 1. obliegenden Verpflichtung des Gebühren-Aequivalents durch einen Zeitraum von zehn Jahren befreit.

Hoc pro notitia et directione, ut in posterum 2 exemplaria litt. fundat sive fundus major minorve sit, subjiciantur marcationi per 50 x. Tarnoviæ 31. Dec. 1863.

L. 48.

Wezwanie do oznajmienia praw z Poznachowic w parafii Góry Ś. Jana kościołom, klasztorom należących się.

Na dobrach *Poznachowice* górne w byłym Bocheńskim a teraźniejszym Krakowskim Obwodzie leżących intabulowany jest z kontraktu kupna przedaży z najwyższym skarbem dnia 10. Lipca 1817 zawartego lib. dom. 115. pag. 326 n. 1. on. ogólny obowiązek ponoszenia wszelkich ciężarów gruntowych, a wszczególności dawania dziesięcin, drzewa opałowego lub budulcowego, bądź innych danin, o ile takowe z rzeczonych dóbr *kościołom*, *klasztorom*, lub innym *korporacyom* należały, lub przez nie pobierane były.

Teraz właśnie toczy się sprawa o ekstabulacyą owych ciężarów.

Aby w téj mierze z należytą oględnością postąpić, uprasza c. k. Prokuratorya skarbowa pod 19. List. 1863 L. 8484 o *rychłe zawiadomienie*, czyli i które kościoły, klasztory, bądź inne duchowne fundacye lub korporacye tutejszéj Diecezyi w faktycznem posiadaniu prawa pobierania z dóbr Poznachowice górne wyżéj poszczególnionych danin i jakich znajdują się.

Wzywa się Wieleb. Zarządzców kościołów i klasztorów niniejszém do przesłania niezwłocznego sprawozdania o tém do Przew. XX. Dziekanów, którzy z niemi pospieszą dołączając Swój pogląd na całość. Tarnów 7. Stycz. 1864.

L. 4008 z r. 1863.

Zeszyt 4 i 5 Rocznika XII. Stowarzyszenia Ś. Bonifacego z prośbą o dalsze wsparcie.

Otrzymaliśmy Pismem z 28 List. r. b. po 10 egzemplarzy wspomnionych zeszytów, z których po 1. wyprawiamy do owych Dekanatów, które przyczyniają się najwięcéj do wzrostu kościołów i szkółek, do rozszerzenia religii Naszéj na północy Rzeszy niemieckiéj. Z nich czerpnie Szan. Duchowieństwo przekonanie, ile błogosławieństwa spływa z tych drobnych datków z ościennych prowincyi na różne okolice Niemiec pomiędzy różnowiercami, gdzie katolicy pozbawieni albo Duchownych albo Kościołów, kaplic, szkołek, widzą powoli swe życzenia dawne w większéj lub w mniejszéj części uskutecznione.

Nie ustawajmy datkami nowemi rozszerzać królestwo Boże w krajach od Nas północno-zachodnich. Tarnów 17. Grud. 1863.

L. 3988.

Wezwanie do zamówienia Gazety: „Österreichischer Volksfreund.

P. Franc. Breither, kawaler Orderu Papieskiego Ś. Sylwestra, Redaktor powyższego pisma wraz z Abbeem Ign. Alfonsem Stelzig i t. d. pod d. 5. b. m. i r. poleca swoją Gazetę Szanownemu Duchowieństwu za roczną zaliczkę 17 złr. w. a. z tém oznajmieniem, że takowa o arkusz w tydzień pomnożoną będzie. Tenże arkusz według programu zawiérać będzie: I. sprawy kościelne, II. polemiczne. III. pożyteczne z dziedziny nauk przyrody, historyi, statystyki, dziejów Państw i narodów, industryi, wynalazków, odkryć najnowszych... IV. Wykazy literatury krajowéj i zagranicznéj.

Znając poważną i treściwą w mowie będącą Gazetę, nie wachamy się polecić ją ze strony Naszéj Tarnów d. 10. Grud. 1863.

L. prez. 180 z r. 1863.

Szuka się Walentego Szczerby.

Tenży Walenty przed 18 laty w Sandeckiém żonę porzuciwszy tułał się po różnych miejscach. Widziano go przed 8 laty jako żebraka o kulach na Kalwaryi (Zebrzydowskiéj) Żona Maryanna uprasza o odszukiwanie męża między żywymi albo umarłymi.

Szanowne Duchowieństwo strapionéj nie odmówi przysługi w téj sprawie. W *Lutym* b. r. oczekiwać będziemy od Przewiel. Urzędów Dekan. sprawozdania z każdego Dekanatu na fundamencie zebranych uwiadomień z każdéj Parafii.

Tarnów 8. Stycz. 1864.

L. 199.

Psalmi Matutini ad Officium „Oratio Domini in Oliveto“.

In „Additamentis Leopol, ex a. 1839 ad Breviarium“ desiderantur *Psalmi* in Matutino ad Officium „Oratio Domini N. J. X. in Oliveto“, qui penes recitationem Officii tanti, ex quo tot ad pietatem incitamenta redundant, variis ex locis primum cum jactura temporis si non cum tædio exquirendi sunt.

Huic incommoditati occursuri demandavimus *impressionem horum Psalmorum* et ejusmodi Augmentum qua *strenam* mittimus Venerabili Clero, Additamentis illis pag. 156. agglutinandum... apprecantes continuum *Orationis* studium... quale Magister Noster alibi frequentissime et in Monte Oliveti ante Passionem singulariter nobis *reliquit.*

Unum exemplar quisque P. T. Presbyterorum penes Currendam levabit.

Tarnoviæ in Festo III Regum 1864.

L. 3912 z r. 1863.

Wykaz rzeczy do kościoła Klikuszowskiego od lutego 1858 przez Parafian, za staraniem X. Szcz. Kostkiewicza Expozyta sprawianych.

W r. 1859. 1) Wielm. P. *Stadnicka* sprawiła Umbrakulum za 8 złr. 2) Maciéj *Czerwiński* sprawił chorągiew zielonego koloru za 23 złr. 3) Maryanna *Kowalczyk*

sprawiła następujące: a) chorągiew fiolot. koloru za 16 złr. b) figurę kształtną Najś. P. M. do procesyi za 10 złr. c) komżę płócienną wyszywaną za 8 złr. d) obrus na wielki Ołtarz wyszywany za 4 złr. e) Nakrycia na dwa Ołtarze poboczne za 2 złr. f) Komeżki dwie z kołnierzykami dla chłopców za 10 złr. g) Chorągiewki dwie czerwone ze sukna piękne za 10 złr. h) Chorągiewki 3 poprawiła za 5 złr.; razem 96 złr.

W r. 1859. 1) Pająk szklanny Parafianie za 35 złr. 2) Baldachim złocisty Parafianie za 52 złr. 3) Bractwo dało wylaserować krucyfiks na Ołtarz za 5 złr. 4) *Bulina* Anna sprawiła poduszkę na ołtarz za 2 złr. 40 c. 5) Wiel. P. Stadnicka sprawiła poduszkę na Wielki Ołtarz za 3 złr. 6) Młodzieńcy kazali wysrebrzéć sukienkę Ś. Mikołaja za 10 złr. 7) Kropielniczka z odpustu cynowa za 60 c.

W r. 1860. 8) Krucyfiksy 2 odmalował Jakób Mozdrzyniewicz za 2 złr. 9) Ołtarz wielki odmalowany, laserowany i złocony za 102 złr. 10) Wielm. Pani Stadnicka 12 tarcic dała na wysadzenie podłogi w Presbyteryum za 5 złr. 11) Poprawa dzwonicy kopuły za 20 złr. 12) Obraz Ś. Anny procesyonalny wyzłocony za 18 złr. 13) Obraz pocieszenia i figura zmartwychwstania odmalowane za 4 złr.

W r. 1861. 1) Odmalowanie całego kościoła wraz z Ołtarzem pobocznym Ś. Mikołaja i poddzwonnicy za 126 złr. 2) Bractwo Ś. Różańca swój Ołtarz dało odmalować za 50 złr. 3) Figurę Niepokalanego poczęcia odmalować, laserować i złocić dali parafianie za 20 złr. i dwie figury wylaserowsć Ś. Stan. i Wojciecha za 5 złr. 4) Obraz Matki Boskiej Częstochow. odmalowany za 3 złr. 5) Stacye 14, lichtarzy 12 odmalować dali za 4 złr. 6) Świeczników 6 nowych żałobnych za 3 złr. 7) Parafianie sami, gdzie było potrzebno, poprawili podsiebitkę, tragarze i inne te materyały albo sami dali, albo P. Stadnicka w cenie 12 złr. razem 223 złr.

W r. 1862. 1) Organ nowy kosztuje 500 złr. Wiel. Państwo Stadnickich złożyło 100 złr. i obiad dla 3. majstrów dawało. Parafianie resztę dodawali. 2) Ornat nowy fioletowy Państwo Stadniccy za 20 złr. 3) Kapa żałobna wspaniała przez Parafian za 30 złr. 4) Figura kształtna Najś. P. M. procesyonalna druga za 12 złr. 5) Obraz Ś. Trójcy odmalowany za 4 złr. 6) Krucyfiks wyzłocony na Ołtarz z kalwaryi Jakób *Orowiec* przyniósł i łódką za 4 złr. 7) Kwiatów różnych dosyć. razem 570 złr.

W r. 1863. 1) Organu odmalowanie, srébrzenie i złocenie za 30 złr. 2) Krucyfiks nowy procesyonalny, Józef Żółek kupił za 5 złr. 3) Figura w 4. słupkach procesyonalna przez 4 parafianki, laserowana i złocona za 12 złr. razem 47 złr.

Na wszystkich Dobroczyńców tych wzywamy błogosławieństwa Bożego za te dary na chwałę Bożą, których tu zarazem do wiadomości na ich pochwałę podaliśmy.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 14. Jan. 1864.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1864.